



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis
summis philosophis repetita**

Scribonius, Wilhelm Adolf

Hanoviae, 1593

VD16 S 5114

Cap. I. De Justitia.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)

LIBER V REPETITIONIS ETHICORUM.

Argumentum hujus libri.

Ahuc de virtutib. moralibus, que simplices dicuntur. Sequitur in libro quinto deinceps de Justitia, qua precedentes omnes in se cōplectitur, ideoque recte virtus simplicibus conjuncta dicitur.

CAP. I.

De Justitia.

Justitia qualis est virtus?

Est virtus res justas ultró agens.

Vide Plat.

Quomodo hac cum ceteris conferenda?

1. de repub.

Est hac omnium perfectissima, ideoque omnium aliarum domina & regina: ἡ δὲ εὐσθεος, καὶ τῶν ἀρετῶν δαμνατός: Neg. Hesperus, neg. Lucifer

August. 10

de civitate

Dei.

tam admirabilis est.

Quam ob causam?

Primó, quia nō de sua tantum, sed ad alteri commodam refertur. Deinde, quod aliarum virtutum actiones in se complectatur, ut dicitur: ἡ δὲ δικαιοσύνη συνιηφθῆκε πᾶσι δὲ περὶ ὅτι.

Justitia in sese virtutes continet omnes.

Quomodo reliquas sub se continet?

Quia lex quam justus observat, & ad cujus normam vitam suam instituit, etiam fortibus officium suum præscribit, ne deterant ordinem, aut fugiant: Temperanti ne adulteretur: Clementi ne convitietur, & sic deinceps.